

PROF. SIMON MENCIVS

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1538 in Quedlinburg
Gestorben	1606 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. lateinischen Sprache in Helmstedt (1581–1606); Phil. Prof. d. niederen Mathematik in Helmstedt (1594–1606);
Quelle	Ahrens 2004, S. 159 f.
GND	https://d-nb.info/gnd/129554847
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-150-mencivus

Lehrstühle

1581–1606 Lehrstuhl für Latein, Helmstedt

1594–1606 Lehrstuhl für niedere Mathematik, Helmstedt

Vorlesungen (36)

M: Simon Mentivs leget priori triduo matutinis horis Grammaticam Philippi, a prandio Epistolas Ciceronis, posteriori uero triduo Linacrum, a prandio uero Virgilium praeleget, et singulis septimanis exercitium styli iunioribus proponet, uel germanicum argumentum, uel oratiuncularum commodas disputationes dictando., Sommersemester 1581

[...] Die deniq. Saturni horis ante e post meridiem inspicit ac emendat scripta exhibita et Conuersa de argumentis Germanicis, addita tamen cunctatione, ne vitia ac errata Commißa, iam orthographiae quam syntaxeos aut Etymologiae prius corrigat ipse quam a pueris agnita e emendata sint., Sommersemester 1582

[...] Diebus Iouis et Veneris hora antemeridiana absoluto jam ac repetito primo libro Epistolarum Ciceronis familiarum ad secundi, Deo volente perget expositionem: pomeridiana continuabit primum librum Aeneidos, quo finito sequentem etiam auspicabitur., Sommersemester 1582

[...] Eodem biduo ad finem jam perducta his Andria Terentii, enarrabit deinceps hora secunda Eunuchum Singulis praeterea diebus Mercurij hora secunda, Ut Usus grammatices et rhetorices pernoscat argumentum proponit duorum vel trium etiam si tempus patitur generum: Primum Teutonicum Convertendum in latinam orationem ab auditoribus. Deinde dispositionem latinam Epistolae alicujus vel orationis: Tertio materiam Carminis. In dictatione porro germanici argumenti Convertendi indicat phrases meliores, aut quomodo et ubi ex autoribus propositis desumendae illa sint ostendit, ne adolescentes ipsi qualescumq. formulas confingere, aut ex dictionarijs, quae sic male latino vocantur nomine, Conguirere magno suo cum damno astuescant. [...], Sommersemester 1582

M. Simon Mencivus Linguae latinae Professor, absoluet ea quae restant absoluenda in grammaticis et die quidem Lunae hora 8 in tractatu de nomine die vero Martis hora eadem de Verbo perget. Quibus deinde absolutis, subijciet statim Deo dante Caesarum quoq. Grammatices partium Prosodiae et Sytaxeos explicationem. [...], Sommersemester 1582

[...] Die Saturni hora prima exponit primum librum Officiorum Ciceronis quod superest temporis tribuit emendationi scriptorum a studiosis exhibitorum., Wintersemester 1587/1588

[...] et quidem ad Sextum librum interpretationem perduxit iisdem diebus hora quarta proponit

sextum librum epistolarum Ciceronis., Wintersemester 1587/1588

[...] Diebus Jovis et Veneris hora prima proponit, libros Aeneidos Virgilianae: [...], Wintersemester 1587/1588

[...] Diem Mercurij totum perpetuo destinatum habet exhibitioni et emendationi scriptorum quae pros et ligata oratione a studiosis exiguntur exercendi stili gratia. [...], Wintersemester 1587/1588

M. Simon Mencius Quedleburgensis professor Grammatices Diebus Lunae et Martis hora prima pomeridiana adolescentibus proponit praecepta Grammatices ut in grammatica Philippi Melanthonis continentur: iisdem diebus hora quarta exponit Comaediam Terentij Hecyram: simul etiam die Lunae adolescentibus proponit argumenta Germanica et Latina dispositiones epistolarum et Orationum. [...], Wintersemester 1587/1588

[...] praeterea cuiuslibet hebdomadis euangelium dominicale ad Castalionis imitationem in formam dialogi rediget, publicéq[ue] dictabit, omnia ita adolescentum ruditati accomodatorus, vt & pietatem Christianam & latinum purumq[ue]; sermonem vna eademq[ue]; opera addiscere possint, Wintersemester 1594/1595

[...] Deinde interpretationi latinorum autorum impendit horam primam & in auctoribus Classicis, post absolutos tres Aeneidos Virgilianae libros, interpretando quoq[ue] pertextet, Deo volente, epistolarium Ciceronis librum secundum [...], Wintersemester 1594/1595

[...] die Iouis & Veneris addit doctrinam Sphaericam e libello Ioannis de Sacrobusto, Wintersemester 1594/1595

Simon Mencius M. hora 8. die Lunae & Martis in mathematicis disciplinis, (post explicatum Geometriae tractatum, & enarratas arithmetici libelli partes quatuor,) tradit rationem conscribendi calendaria anniuersaria de syderum motibus atq[ue] congressibus. [...], Wintersemester 1594/1595

[...] Veneris diebus carmen, vt postea dicitur., Wintersemester 1595/1596

[...] Altero biduo emendat auditoribus suis oratiunculas de Germanico Latine conuersas, & Lunae quidem diebus prosam [...], Wintersemester 1595/1596

[...] Die vero Iouis librum quartum Aeneidos Virgilianae enarrando continuabit. Cuiuslibet praeterea hebdomadis Euangelium Dominicle, ad Castalionis imitationem in Dialogi formam redigi iam diu caeptum, ad finem, Deo iuuante, perducet: omnia ita adolescentum ruditati accommodaturus, vt & pietatem Christianam, & Latinum purumq. sermonem, vna eademq. opera addiscere, si velint, possint. [...], Wintersemester 1595/1596

[...] II. In Latinis autoribus Classicis progredietur hora prima postmeridiana: & nunc quidem interpretando pertextet librum secundum epistolarum Ciceronis, idq. die Martis. [...], Wintersemester 1595/1596

M. Simon Mencius Quaedlingaep. sicut geminam sustinet Professionem, Mathematicam videlicet & Grammaticam: ita duabus quorumlibet dierum ordinariorum horis publice docet. I. In Mathematicis hora octaua antemeridiana, post absoluta Sphaericae doctrinae elementa, cum anniversarijs Calendarijs, iterum quoq. absoluet hac hyeme, diuini fauoris gratia adiutus, Arithmeticae Gemmae Frisii. [...], Wintersemester 1595/1596

M. Simon Mencio Quaedlingaep. sicut geminae traditae sunt auctoritate publica in docendo partes: ita quotidie per duas horas ordinaras incumbunt labores academici. I. In mathematicis disciplinis hora 8. antemeridiana, post absolutam nuper de primo motu doctrinam sphaericam, tradit nunc quatuor diebus ordinarijs rationem geometricae inuestigandi insigniorum urbium, insularum & regionum interapedines ex tabulis sinuum rectorum siue simichordarum: qua similiter finita, Deo iuuante, reuertetur hac aestate ad arithmeticae Gemmae Frisij. [...], Sommersemester 1597

M. Simon Mencio Quaedlingaep. sicut geminae traditae sunt auctoritate publica in docendo partes:

ita quotidie per duas horas ordinarias incumbunt labores academici. [...] II. Ex clāsicis Latinorum autoribus hora I. postmeridiana, uno quidem biduo interpretatur Plauti Auluariam, pertexit interim quoq. festorum immobilium seu fixorum dialogos Euangelicos: [...], Sommersemester 1597

[...] altero vero biduo domi suae corrigit tyronibus scripta, uel de Germanico Latine conuersa uel de nuda dispositione in forma declamationis rethoricae redacta: & Lunae quidem diebus prosam, [...], Sommersemester 1597

[...] altero vero biduo domi suae corrigit tyronibus scripta, uel de Germanico Latine conuersa uel de nuda dispositione in forma declamationis rethoricae redacta: [...] Veneris carmen., Sommersemester 1597

[...] pomeridianis vero perget in Plauti interpretatione & aliis exercitijs Linguae Latinae., Sommersemester 1599

M. Simon Mencivs Quedlin. post explicata primo doctrinam Sphaericam, & additum deinde Tractatum de Iudicijs Ecclipsium & Cometarum, repetet hac aestate arithmetica[m] practica[m]. horis antemeridianis: [...], Sommersemester 1599

[...] diebus vero Iouis librum secundum officiorum Ciceronis ad filium quaemadmodum primum ejusdem librum aliquoties cum [...] privatimq[ue] interpretatus est., Wintersemester 1600/1601

[...] diebus vero Iouis librum secundum officiorum Ciceronis ad filium quaemadmodum primum ejusdem librum aliquoties cum publice privatimq[ue] interpretatus est., Wintersemester 1600/1601

2. H. 1. p. m. in aedibus communis mensae diebus Martis post absolutos dialogos euangelicos, pertexamq[ue], enarrando Plauti Aululariam, & aggredi iam coepit, & sedulo enarrando continuabit, Deo favente, eruditum carmen protrepticum Ansonii de studio iuuenili ad nepotem [...], Wintersemester 1600/1601

M. Simon Mencivs Quedlingaep. sicut geminam in docendo suscepit prouinciam, grammaticam uidelicet & mathematicam: ita quotidie horis duabus ordinariis operas publicas procurat- 1. H. 8. a. m. in auditorio philosophorum minore post absolutam de numeris tractatum quadri partitum, progredi, ut iam coepit, perget in quaestionibus sphaericis Hartmanni Beieri., Wintersemester 1600/1601

[...] altera Latinam grammaticen de auctoribus clāsicis. [...] II. Hora prima postmeridiana in aedibus communis mensae, post finitum nuper hymnum, quem Sequentiam Pentecostes vulgo nominant, repetit interpretationum 2. lib. officiorum Ciceronis, eamq. continuat diebus Martis & Iouis tantum. Nam altero biduo eadem hora emendat tyronibus oratiunculas vel ligata vel soluta a oratione exhibitas., Wintersemester 1602/1603

M. Simon Mencivs Quedlingaep. pro tempore Decanus, duabus quotidie horis docet publice: vna elementa Mathematices: [...] I. Hora 8 antemeridiana in auditorio Philosophorum minore post absolutum arithmetices Practicae libellum, qui autorem Gemmam Frisium habet, per quatrduum explicat denuo Sphaeram a Iohanne de Sacrobusto conscriptam., Wintersemester 1602/1603

[...] Nam reliquis diebus, qui a planetis foemineis nomen habent, emendat domi suae tyronibus, vno prosam, altero carmen exhibitum. Atq. ita primum & vltimum cuiusq. hebdomadis diem exercitijs styli vtriusq: intermedios vero artium & Latinitatis praeceptionibus tradendis, ad rerum verborumq. in stylo cognitionem pariter facientibus, impendit., Wintersemester 1603/1604

[...] altera Latinitatem Romanam de autoribus clāsicis. [...] 2. Hora prima pomeridiana in aedibus communis mensae post finitos enarrando duos officiorum Ciceronis libros, interpretatur nunc primum Ouidij librum de Ponto, vel potius a Ponto, eamq. interpretationem continuat diebus Martis & Iouis tantum. [...], Wintersemester 1603/1604

M. Simon Mencivs Quedlingaep. duabus quotidie horis operas publicas procurat: vna Mathematices

elementa explicans [...] I. Hora octava matutina in auditorio philosophico minore illo, post absolutum de Sphaera libellum, & additas de tempestatibus praecognoscendis regulas astrologicas, denuo exponit arithmetica[m] practica[m] cum Computo Ecclesiastico Iohannis de Sacrobusto. Quam expositionem instituit alternis, ita vt priore biduo Computum, posteriore arithmetica[m] tractet. [...], Wintersemester 1603/1604

[...] altera Latinitatem ex autoribus Claßicis proponens. [...] Hora prima pomeridiana post finitum primum Ouidij librum Ponticum, interpretatur iterum tertium librum Officiorum Ciceronis., Wintersemester 1604/1605

M. Simon Mencivs Quedlinaep. per singulos dies ordinarios propter susceptum geminae profeßionis onus, duabus horis Operas publicas procurat: vna mathematices elementa tradens; [...] 1. Hora octava matutina in auditorio Philosophico minore post absolutam arithmetica[m], denuo explicat nunc sphaerica[m] libellum D. Casparis Peuceri de circulis coelestibus & primo motu. [...], Wintersemester 1604/1605

Dissertationen (2)

Argumenta aliquot, erroneo falsoque posteriorum epicureorum de stellis dogmati opposita, cum veriore de ijsdem opinatione, alijsque thematibus nonnullis ad astrologiam pertinentibus, 14.07.1587. VD16 VD16 M 4692

Themata Aliqvot De Grammatica, Et Literis Latinorum, primis eius artis initijs [...] Quae Disputando Et Respondendo De veterum Grammaticorum, et recentiorum Melanchthonis Et Camerarii sententia Et iudicio [...], 1581. VD16 VD 16 M 4696

Zitierhinweis

Prof. Simon Mencius. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-150-mencius> [06.07.2026]